



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

**Parisiis, 1644**

Concilivm Vizeliacvm Pro Expeditione Contra Tvrcas in Burgundia  
celebratum anno Domini MCXLV. tempore Eugenii papae III.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15588**

& Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta seruantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen.

Ego Eugenius catholicæ ecclesiæ episcopus.

Ego Ymarus Tusculanus episcopus.

Ego Nicolaus Albanensis episcopus.

Ego Hugo Ostiensis episcopus.

Ego Gregorius presbyter cardinalis tituli sancti Callisti.

Ego Hubaldus presbyter cardinalis tituli sanctæ Praxedis.

Ego Manfredus presbyter cardinalis tituli sanctæ Sauinæ.

Ego Guido presbyter cardinalis tituli sancti Pastoris.

Ego Bernardus presbyter cardinalis tituli sancti Clementis.

Ego Gerardus presbyter cardinalis tituli sancti Stephani in monte Cælio.

Ego Otto diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum.

Ego Rodolphus diaconus cardinalis sanctæ Lucie in Septisoliis.

Ego Gregorius diaconus cardinalis sancti Angeli.

Ego Ioannes diaconus cardinalis sanctæ Mariæ nouæ.

Ego Guido diaconus cardinalis sanctæ Mariæ in porticu.

Ego Hyacinthus diaconus cardinalis sanctæ Mariæ in Cosmedin.

Ego Cencius diaconus cardinalis sanctæ Mariæ in Akyro.

Datum Signiæ, per manus Bosonis, sanctæ Romanæ ecclesiæ scriptoris, vi. Idus Ianuarii, indictione decimaquinta, incarnationis dominicæ anno 1151. pontificatus vero domini Eugenii III. papæ anno septimo.

ANNO  
CHRISTI  
1145.

**CONCILIVM VIZELIACVM**  
PRO EXPEDITIONE CONTRA TVRCAS  
in Burgundia celebratum anno Domini MCXLV. tem-  
pore Eugenii papæ III.

NOTA.

<sup>a</sup> *Concilium.* ] Platina & Ioanne Mairio auctoribus, refert Genebrardus in chronicis, hanc Synodum pro expeditione contra Turcas congregatam esse in Burgundia præside Eugenio papa, & præ-  
sente Ludouico rege cum Eleonora regina, aliisque regni principibus; qui post habitam orationem a diuo Bernardo Crucem accipiunt, sacram militiam professi.

Expeditio  
contra Tur-  
cas promo-  
ta.